Et

Supplicantibus restituendum, ea cum Resolutione, quòd in usu, et Exercitio Confessionis Suæ, de præsenti aliundè à Nemine turbentur, per consequens ÿsdem pro nunc, et usqz dum in Negotio Religionis ulterior benigna Suæ Mattis Sacratissimæ Resolutio subsequatur, Indultum à Domino Terrestri super usu, et Exercitio antelatæ Confessionis obtentum sufficiat.

Ex Consilio Regiæ Cancellæ Hungaricæ Aulicæ. Viennæ die 14. Novembr 1724.

Josephus Koller

5

1724. nov. 14.
H.Mvásárh. ref. e. kérése a Cancellárához, az ors. 27ki felfolyamodásra hozott határozatot kéri írásban kiadni.

Præs. 14. Nov. 1724

Ad Excelsam Cancellariam Regio Hungaricam Aulicam Dnos Dominos nobis Gratiosissimos Colendissimos.

Humillima Instantia.

Ex.

Incorum Scriptorum Hod Mezö Vásárhelyiensium.

Excelsa Cancellaria Regio Hungarica Aulica,
Domini Domini et Patroni Gratiosissimi
Colendissimi.

Eam quidem esse hujus Exc^lsæ Cancellariæ ad reiteratam humillimam Instantiam nostram subsecutam Gratiosam Resolutionem cum consolatione intelleximus, quod siquidem nunc in possessione Ecclesiæ nostræ, et libero Confessionis nostræ Helveticæ usu et Exercitio, à Nemine turbemur et impetamur, ut negotium nostrum ulterius quoque ad eventum Commissionis in negotio Religionis Celebratæ et relatæ in statu quo permaneat, et si medio tempore, vel ex post etiam à quopiam in præmissis turbaremur, et impeteremur, Liberum ad hanc Excelsam Cancellariam et Augustam Suæ Matt^is Sac^mæ Aulam habentes recursum, procul dubio, ejusdem protectionem et Paternam assistentiam obtinebimus. Quia tamen haece gratiosa Resolutio Excel^sæ Cancellariæ priori humillimæ Instantiæ nostræ non esset indorsata, Hinc ut eo firmiorem Spem et fiduciam nobis appromissæ Protectionis et assistentiæ polliceri possimus, Excelsæ Isti Cancellariæ Regio Hungaricæ Aulicæ eatenus pergnam humillime supplicamus, quatenus eadem, hancce gratiosam Resolutionem et assidationem suam, nobis pro majori securitate et fiducia scripto et indorsative extradare dignetur. Eam Excelsæ Cancellariæ Gratiam, nos quoque humillimis et fidelibus servitijs nostris promereri adnitemur, perseverantes,

Ejusdem Excelsæ
Cancellariæ

Humillimi Servitores
Incolæ Hod Mező-
Vásárhelyienses.

Ex

Supplicantibus restituendum, ea cum Resolutione, quod in usu, et Exercitio Confessionis Suæ, de præsenti aliunde à Nemine turbentur, per consequens ijsdem pro nunc, et usquedum in Negotio Religionis ulterior benigna Suæ Mattis Sacratissimæ Resolutio Subsequatur, Indultum à Domino Terrestri super usu, et Exercitio antelatæ Confessionis obtentum sufficiat.

Ex Consilio Regiæ Cancellæ Hungcæ Aulicæ. Viennæ die 14. Novembris 1724.

Josephus Koller

Praes. 14. 9bris 1724

Ad Excelsam Cancellariam Regio Hungaricam Aulicam Dnos Dominos nobis Gratiosissimos Colendissimos.

Humillima Instantia.

Ex parte

Inscriptorum Hod Mező Vásárhelyensium

1724. nov. 14.

H. M. vásárh. ref. e. kérése a Cancelláriához, az okt. 27-i felfolyamodásra hozott határozat kéri írásban kiadni.

5